BERNARDUS CLARAVALLENSIS. NICOLAUS CLARAVALLENSIS. OGLERIUS DE LOCEDIO
Heiligenkreuz (?), Wende 13./14. Jh. (?) Seite 1r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30417
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

Breviaram sermonum subscriptorum quere in spatio inferiori ultimi folii [illegible]

B V M. ad S. +

Catalogo Inscriptus.

Sermo beati Bernhardi abbatis de aduentu domini in memoriam gloriose virginis marie.

De Natiuitate [illegible] uel potius de Co[illegible] ore B. V. Ma[illegible]

N. 1.

+

Sub littera F.

Exultate fratres in domino quia de domina illa sermo succedit que singularem sibi in cordibus vestris vendicat principatum. Hec est illa ad cuius nomen humiliter inclinatis cuius horis reuerenter assistitis cuius memoriam iugiter frequentatis. Hec est que vestris affectibus suauiter indulcescit quia magna multitudo dulcedinis eius. Spiritus enim eius super mel dulcis in qua dulcis dominus cum omni sua dulcedine superuenit. Cum enim fecerit deus omnia opera sua ualde bona. hoc melius fecit consecrans sibi in ea reclinatorium aureum in qua sola post tumultus angelorum et hominum se reclinaret. et requiem inueniret. Hoc est quod natura miratur. reueretur angelus. ueretur homo. stupescit celum. extremit terra. infernus exhorret. In huius utero maiestas altissimi mirabiliter liquefacta. sicut adipe et pinguedine repleuit terras. infundit celos. inferna respersit. Hic exinaniuit semetipsum. excelsus et immensus. mensuram bonam et confertam et coagitatam mittens in sinum nostrum. Hic diuinis manibus unctus est oleo leticie. et sicut ad altare in summum pontificem consecratus. De hoc altari ad aram crucis ascendens. proprio cruore tamquam alterius generis oleo perfusus. iam non solum consecratus. sed et consecrans totum corpus machine mundialis. largiori liquamine consecrauit. Facescat igitur meror. tristicia fugiat. eliminetur dolor. rancor abscedat. ut liceat uacare et uidere uisionem hanc grandem cum Moyse. qualiter deus in hoc tientre concipiatur. decipiatur dyabolus. recipiatur perditum. in debitum accipiatur. Totum me trahit affectio. sed oratio deficit. et diues cogita



Hic sermo, quem in 2do tomo edidit Mabillonius, ab eodem tribuitur Nicolao Claravallensi.

1